

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur


De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Admonitio Ad Lectorem, Et Præfatio Apologetica contra modernos
Theologiæ obtrectatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)



ADMONITIO AD LECTOREM.

ET PRÆFATIO APOLOGETICA
*contra modernos Theologia
obtrectatores.*



ENIT mihi in mentem, Le-
ctor optime, vereri ne tibi
satis probaretur meum istud
scribendi de Theologia con-
silium, in hac præsertim scrip-
torum copia; atque hoc tem-
pore, quo diuina facultas tam
male acciperetur à quibusdam
parum æquis, ne dicam, apertis dignitatibus eius
obtrectatoribus. Pro me quidem hoc habeo quod
paucis, & ingenuè respondeam: parendi primùm
necessitatem impulsum esse me ad id audendum, &
suscipiendum: cùm mihi nefas esset, imperium de-
trectare eoram, qui mē mēaque studia arbitratu-
fūo dirigerent. Adductum deinde fuisse amico-
rum quorundam horru, & flagitatione: quorum
iudicio ut nullum non tribuissim, plurimum ta-
men deferre delueram auctoritati, ut mihi secus
videatur, ac nullæ essent causæ, quæ volentem
retardarent, sin minus omnino auerterent.
De ratione autem, & via quam in scribendo securi-
tus sum, paralo: lura sunt, de quibus bona cum tua ve-
nia, præmonere te cupio. Nolo igitur imprimas

Ad Lectorēm

huic operi qualicumque meo quidquam commendationis à celeritate accersere , ne auditati p̄tius eorum , qui id à me extorserunt , quām iudicio satisfacere voluisse videar . Quæ enim per annos circiter viginti in satis frequenti , & celebri Schola dictaueram , ea nunc collecta , & accuratiū excussa , atque in multò meliorem ordinem sexennii secessu & labore distributa , in manus demūn tuas venire permitto : arbitratuſ videlicet , id quod deerat ab ingenio , suppleri quodammodo studio posse , atque diligentia.

Alterum est , quod de me , citra ostentationem , tibi polliceri possim : id mihi fuisse propositum , ut neque inquisitioni , disputationique supersederem subtiliorum : neque in rebus vtilioribus , & grauioribus , quæ ad fidem , vel ad mores magis pertinent , maiore cura , diligentiaque tractandis opera mea desiderantur . Malum enim solidior , quām subtilior videri : spinis rosas , soliis fructus anteponere . Conatus autem ubique sum breuitatem cum perspicuitate , soliditate , & amplitudine doctrinæ coniungere : ac paucis multa compleSSI : mediamente tenere vias . Inter tam multos horum temporum Scriptores , ut neque nimia præstolixitate molestus essem , neque ieunia , nescie quā , breuitate obscurus iuxta , ac sterilis . Quod an affectus sim ob suum est , Lector benignus , iudicium . Id iverò quām arduum est , atque difficile , tam esset optandum , & huius dissensio[n]e studiosis opportunum commodum que futurum

missarium est , sequi me eundem , quæ intenuit in tradenda , & explicanda Sacra Scientia ordinem . Doctor Angelicus eiusque doctrinæ in rebus Theologicis quoad fieri potuit , adiuvare . Ita tandem , neque Thomistarum Secte , neque ulli alteri

Præfatio Apologetica.

me addixerim , aut consecrarim : sed partim ex omnibus feligam , partim ex iis , quæ meditanti mihi occurrerunt, proferam ea , quæ Sacris literis , Conciliorum decretis , sanctorum Patrum auctoritati , & rationi; lumini denique naturali , & supernaturali videntur esse magis consentanea. Nullam autem existimò à me institutam esse disputationem , in qua non aliquid lucis explicando , vel confirmingo roboris , grauiores præsertim quæque difficultates accipient. Superuacaneum enim duco eorum laborem ; qui actum agunt : & nihil fere aliud , quam aliorum scripta compilant , vel explicant.

Quartum est , vt omnem de me iustè , ac verè conquerendi ansam præcidam auctori bus , qui se à plerisque mala fide laudari , vel aliorum detorqueri , nec satis interdum intelligi : vim verd , ac robur dissimulari argumentorum expostulant: eā me cautione eorum sententias , & argumen ta refellere , ac referre , vt dedita operà sapientia ea ad verbum exscribam. Quia in re exi stimaui satius esse , tibi diligentiam , fidemque meam probari , quam te hoc vtcunque grati labore leuare. Scias insuper velim Auctorum à me loca nullā proferri , quæ ipse non legerim , atque expenderim , nisi per paucā , quæ , quia autores ipsos , diū etiam , multūmque conquisitos , reperire non licuit , aliena fide referre coactus sum.

Quintum . Ita nē totum hoc opus tri būle , vt singula eius volumina singulis Sum mæ D. Thomæ partibus , disputationesque ipsa , eiusdem , quoad licuit , quæstionibus respon derent. Ipsus ad hanc doctrinam , cuiuslibet pri mūm disputationi , breuiter clare , summiāque fide esse præpositam , singulis deinde sectionibus fusi explicandas. Quia vero series , & contex

Ad Lectorem

tus ipse quæstionum id nonnunquam exigunt, ut quæ-
dantur, quæ alio pertineant, nonnullis aliis locis tra-
stare necesse sit: putaui tamen hoc tibi, si quod il-
la repetitio allatura sit, tedium leuius esse futu-
rum, quam si te ad alium locum, vel ad id volumen,
in quo illa ex professo, propriisque disputantur v-
berius, remitterem: atque ita cupiditati, studioque
tuo moram in iicerem: ac laborem augerem, dum,
volumen minuere laborarem. Præsertim cum si-
mul non sint omnia omnibus volumina ad manum
futura, neque typis possint omnia eodem tempore
excudi, & uno, vt ita dicam, partu in lucem ef-
fundi.

Postremo exoratum te cupio, Lector optime,
vt si quid erit, quod tibi in huius non modo volu-
minis, sed in ipso totius operis decursu parum ar-
rideat, vel oculos tuos eruditos offendat: id com-
munis mortalitatis imbecillitati ne grauatae condo-
nes. Si quid secus, quod tibi probandum videa-
tur, id omne bonorum omnium fonti, auctoriique
Deo referas: cuius ope speramus, & iam cœpimus,
alia tria, quæ cæteras Theologici corporis partes
continent, subinde, & continenter emittere. Nec
enim ea iam remorari quidquam potest, præter ip-
sum Typographi tarditatem: quam tamen & tu fa-
cile incitaueris, si hoc, quod in tuas manus ire fe-
stinat, eo studio ac benevolentia exceperis, qui-
bus ille ipsum exceptum iri huc usque sperauit, ma-
iori nescio confidentia, a reverentia? Nam tibi
a me omnia sic parata sunt, vt non modo haec
excudenda restant, per me proxime possit sibi,
nullaque interposita mora succedit, sed iam inde
simul omnia tradi typis, ac perulgari, si Typographo
integrum foret, uno omnia tempore excudere, tan-
tumque mihi, ac tibi operam nauare.

Neque vero me à suscepso conilio, & labore
relocabit quorundam leuiter, ne quid grauius

Præfatio Apologetica.

dicam, eruditorum importuna iuxta, atque iniqua
criminatio, Theologiam huiusmodi subtiliorem,
quam appellamus Scholasticam, in contemptum.
& inuidiam apud sui similes vocare satagentium,
velut inanem aliquam ^{λογονακιαν}: quæ cum parum scri-
pturæ sacræ auctoritatirtribuat; Patrum vero Eccle-
siæ doctrinam aspernetur, aut reiiciat, omnia ad
leges, sophismata, & tendiculas Logicorum re-
uocans, de rebus diuinis inepte, perplexè, quod-
que grauiori reprehensioni expositum est, non ra-
rò temerè philosophetur. Quæstiones deinde
ponat inutiles, easque, si à Schola discesseris, ab
omni sermone, usque remotas; ex una plures,
imò infinitas proseminet, paucas dirimat, dum va-
riis contextarum inter se conclusionum ambagi-
bus inuoluit potius, & implicat, quam confirmat:
sibi contrà ipsi non constet, in multas, & quoti-
die pullulantेस sectas dñiuisa: certissimā, & firmis-
sima quæque in dubium reuocet, vel omnino con-
uellat: nihil lucis obscuris, parum firmitatis am-
biguis afferat: veritati dñique ipsi, p̄ se satis
apertæ, tenebras saepe offundat: vexandis, &
torquendis sui studiosorum ingenii aptior, quam
erudiendis, & in Dei cognitione confirmandis.

Et hæc quidem, si tantum ab hereticis iac-
rentur, nihil penitus mirum esset. Merito enim
Scholasticæ Theologiæ sunt illi infensi, quod
intelligent doctrinam Ecclesiæ, quam impugnant,
eius præcipue studio, armisque defendi. Est
enim miseria istis, & calamitosis Ecclesiæ tem-
poribus. Theologia Scholastica Turris illa Da-
vidica, hoc est, munitissimum quoddam ar-
mamentarium, unde tela promuntur, quibus
& Catholicæ fides aduersus eorum impetus huc
usque firma, ac recta stat: & ipsorum pariter er-
rores petuntur, & concidunt. Non leuiore
proinde odio, impetuque feruntur illi ziza-

Ad Lectorem

niorum satores, in doctores Scholasticos, quos
nullo non conuitiorum genere passim exagitant.
Quidni etiam oderint, & insectentur lupi canes:
aut ad ipsum ferociant nomen Scholæ, quam
intelligant contra se tuendo Christi gregi, fidam
velut, sedulamque collocatam esse custodiam? Sic
itaque præcipuqs impietatis hæreticæ doctores, &
signiferos ita de Theologia existimasse, ac scripsisse
certum est: Scholæque idcirco auctoritatem apud
omnes pro viribus eleuare conatos esse, atque om-
nibus maledictis, cum tollere, & conuellere eam
non possent, lacerauisse. Quis enim nescit Luthe-
rum in eo, quem perulgauit in Iacobum Latomum
libro, asserere Theologiam Scholasticam nihil aliud
esse, quam inscitiam veritatis, inanemque falla-
ciam? Rursus vero in libro de abroganda Missa
priuata, vocare hominem impurum Academias,
in quibus ea traditur, Antichristi lupanaria. Has
ante illum paulo quidem honestius, nihil tamen
leuis ~~cassa~~ Cainistica Vuicleffus appellauerat.
Prophanam etiam nominat Scholasticam, homo
videlicet sacer, in apologia sua contra Parisienses,
utriusque sectator, ac discipulus Philippus Melanch-
ton, eamque scribere non dubitat, obscurauisse
Euangelium, & fidem penitus extinxisse Pari vel
maiori animi, & lingua intemperantia Calvinus Do-
ctores Scholasticos in sua Institutione, & alibi, non
alio, quam Sophistarum nomine cohonestat. Cor-
nutas ibidem eos bestias, & Sorbonenses rabulas
nonnunquam indigit: obdactoque illo veleno Chri-
stum ait texisse, atque infinita Christianæ Reipubl.
mala intulisse. Sed quid mirum, si lucem auerien-
tur tenebriones, antidotum venena respuant, cu-
racionem morbi non ferant? Si canes, vt iam di-
xi, declinent; & oderint lupi? Si sacre vineæ cu-
stodibus infensa, infesteque sint vulpeculae? Si
satrones tollendas excubias, exturbandas portas,

Præfatio Apologetica.

refigendas seras, & repagula infringenda esse clamant? Si hostes denique Rēpublicam, quam op-
pugnant, omni armorum militū que præsidio nu-
datam velint? At mirari satis non possum, homi-
nes non modò Catholicos, sed quosdam etiam eo-
rum probos, & hereticæ prauitatis hostes acerri-
mos, loqui tamen ac sentire cum hereticis: neque
animaduertere, non posse Theologiæ Scholasticæ
Magistros in contemptum venire, quin simul con-
temnantur & iaceant Scholæ scita & placita, com-
muni eorum consensu probata. His autem subla-
tis, aut neglectis, proclive esse ut contemnantur
Patres, exauctorentur Concilia, pesthabeatur
Scripturæ auctoritas, quorum veritatem vni om-
nium maximè fulciunt confirmantque Theologi,
communi vnamique receptorum inter ipsos dog-
matum consensu.

Videant igitur qui Iса loquuntur & sentiunt, cum
Catholici haberi velint, & seipsa sine, ne impetu-
denter hereticorum studijs conatibusque faveant.
Videant etiam ne de se prudentibus & peritis re-
rum estimoribus hanc opinionem afferant, se
nimilùm non magnopere in eius scientiæ, de qua
tam perperam loquantur & sentiant, cognitione
versatos esse. & iudicium ferre de resibi ignota; quo
nihil potest esse iniquius. Causant insuper ne ha-
beantur numero eorum, qui (vt ait postremus Scrip-
torum canonorum) Quacunque quidem ignorant,
blasphemant: quacunque autem naturaliter tanquam m-
ita animalia nō sunt, in his corrupuntur. Vereor autem
ne id genus homines memoriæ felicitate po-
tris, & ad iudicij firmitatem; ingeniique acie magis,
quam via aliqua freti sermonis copia abundantes, sed
rationis inopis, ratiocinandique facultate destituti,
doctrinæ multiplicis, quam aliquid assequi non po-
sent, famam irani lectionis ostentatione venentur.
Forte etiam vellent Alopice vulpis non absimiles

Ad Lectorēm

persuadere alijs , ea vt abijciant , à quibus ipsi se
minùs paratos esse videant ac doleant , qui & illa
aspernentur in speciem , quibus careant inuiti.

Quām longè aliud est ac diuersū summorum Pon-
tificum , & oecumenicorum Conciliorum , ipsiusque
ad eā Catholicā Ecclesiā de Theologia Scholasti-
ca iudicium , quod nemo verè Catholicus , non mo-
dò priuatæ istorum opinioni anteponendum non
putet , verū etiam omni reuerentiā & religione
dignissimum nō arbitretur ? Honorius quidem
tertius , quantus quāmque sapiens Ecclesiā vniuer-
sī Antistes ! cap. *Super specula , de Magistris* , sic statuit :
Ad Theologica professionis studium aliqui destinantur , qui
cum docti fuerint , in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant
Firmamenti . Ex quibus postmodum copia posse haberi Do-
ctorum , qui velut stellæ in perpetuas aternitates mansuri ,
ad iustitiam valeant plurimos erudire . Qui vero illum
*proxime antecessit Innocentius , eius item appellati-
onis tertius , in cap. *Maiores , de Baptismo* , de*
*quaestione maximi ponderis , & ad Baptismum par-
vulorum spectante , postulatus , nullum aliud res-
ponsum dedit , quām ut varias ea de re Theologo-
rum sentencias referret . Clemens vero quintus in*
Generali Concilio Viennensi , eandem quaestione
*rursus disjunctus , ex eorundem sedentia pro-
nunciavit . Nos , inquit , sacro approbante Concilio op-
inionem illam , qua dicit tam parvulis , quām adultis conferri*
in Baptismo informantem gratiam & virtutes , tanquam
probabiliorē , & Doctorum modernorum Theologia magis
cersonam & concordem , duximus eligendam . Ex quo
*quantum authoritati tribuat Theologorum non mo-
dò tantus Pontifex , sed & ex vniuersitate Ecclesia con-
grégatum celeberrimum Viennense Concilium , ne-
mo non videt : cùm in se eius dignitatis & mo-
menti velit , statuātque hærendum esse probatæ plu-
ribus eorum opinioni . Quid facturis fuisse in a-
lijs , in quæ ijdem communī omnes inter se con-*

Præfatio Apologetica.

stantique confessione conspirant? In reliquis certè Conciliis, etiam œcumenicis, post Scholam Theologię institutam habitis, quantum opis & dignitatis Doctores Scholastici contulerint, quis nec cit, nisi qui eorum acta ignorat? Sed quid non his honoris in omnium postremo, nemp̄ Nidetino, delatum est? Quantam etiam illi operam in eo Ecclesiæ non nauarunt, excutiendis difficultissimis quibusque quæstionibus, & in utramque partem, ad facilius inuestigandam veritatem, disputandis; refutandis, atque conuincendis hæreticis; antiquis demum fidei dogmatibus assérendis, & rebus ad decisionem præparandis? Nec enim quidquam definitum est à Patribus, quin ipsi priùs aucti interrogati que sint. Nunquid & omnium Regum ac Principum Christianorum, summi etiam ipsius Pontificis nomine submissi eò multi sunt Theologiae Magistri, quorum plerique sententiam dixerunt? Et vnius quidem honori & eruditiori id datum esse legimus, vt cum ille grauissimā quartā laboraret, quo die ipse ex ea decumberet. Concliuim non haberetur.

Iam verò huius scientiæ Principem, Doctoremque verè Anglicum D. Thomam, quot non elo-
giis affeccerunt non vñus aut alter, sed plurimi sa-
pienſissimique Pontifices? Quos inter Clemens
eius appellationis sextus, in bullâ Auenione Nonis
Februarii datâ, ait Illius doctrinam esse singularem, ex
qua univerſalis Ecclesia uberrimos fructus spiritualis abun-
dante colligit, vnius odore recreatur & nutritur. Vrba-
nus deinde sextus in bullâ ad Archiepiscopum, &
Doctores Academiæ Tolosanae, afferit Illum magnâ
a Deo scientia ornatum, ordini suo, totique ad eam Ecclesia
ingens nomen ac splendorem contulisse. Eadem de illō
Pius quintus inculcat, qui Vrbanum longo intervallo
secutus est, in bullâ editâ Rômæ III. Non. April.
anno M. D. LXXVI. aditque, ab eo innumerabiliter

Ad Lectorem

extinctas & interemptas heresēs esse, quāque (quo quid amplius ad eius commendationem dici potuit ?) post ipsius obitum sunt exorta, eiusdem doctrinā confixas cecidisse. Eius verō Summam Theologicam Ioannes XXII tanti fecisse dicitur, ut quanquam nullis ille miraculis claruit, ad ipsum tamen inter Cālites conscribendum, apud se, quā in eo opere elucet, incredibilem doctrinā pondus fuisse multorum miraculorum habiturām: quot enim illud contineret articulos, tot sibi illos miracula videri. Eademque Summa tanti habita est deinceps ab ipso Concilio Tridentino (omnium quē coēgit Ecclesia Concilio-rūm, ut gravissimo, ita certè eruditissimo) vt eius non semel verba in acta sua transcribere ac transferre, dignitate atque autoritate suā inferius esse non duxerit: totos etiā Canones interdum ex illis confece-rit, quos vniuersæ Ecclesiæ Christique fidelibus credendos proponeret. Qui de altero Ecclesiæ lumi-nē Diuīque Thōmā coētaneo, Diuo Bonaventu-rā, quid de Alberto Magno, deque alijs antiquis & illustris Scholē procēribus scripserint alij simul ad illorum laudem, & ad Theologię Scholasticę com-mendationem, longum esset referre. Et nos; qui breuitati studemus, putamus ista a quo Lectori suf-ficere.

Illorū autem vestigiis insistunt recentes Theo-logi, qui vel in Scholis docent, vel Theologia in scrip-tis suis illustrant. Illam Doctoris verē Angelici Summam tantopere à Summis Pontificibus lauda-tam exponunt. Differunt de Deo, eiusque Attributis, de adorando Trinitatis mysterio, dē Præde-stinatione & promotione naturae rationalis ad éter-nam felicitatem, de Mediis in eum fine in a Deo constitutis, de Legibus diuinis, de Gratiā & virtuti-bus supernaturalibus, de Verbo incarnato, de om-nibus denique & singulis fidei Christianæ articulis. Quo argumento nihil potest esse illustrius: nullum

Præfatiō Apologetica.

cuiuslibet alterius disciplinæ obiectum cū illo com-
parandum. Ut Theologiam hac ex parte contem-
nere indignum sit homine sano, nē dicam Christia-
no.

Neque magis contemni potest methodus, siue
modus & ordo docendi à Theologia Scholastica ser-
uatus: aut tanquam inutilis atque importuna reiici
Theologia, quod viā & ratione conuenienti non
doceatur; vel certis solidisque principiis fundamen-
tisque non nitatur. Disputat enim vel ex sacris Li-
teris, & traditionibus diuinis, vel ex ipsis Concilio-
rum definitionibus, Patrumque doctrina, vel pon-
dere rationum ex ipsa rerum natura petitarum. Ita
que vel explicat, illustratque fidei dogmata, vel ea-
dem aduersus cōmunes ac perpetuos eorum Ad-
uersarios infideles & hæreticos, qua potest vi, pro-
pugnat; vel quid ex illis consequatur, infert: que
cum iisdem cohærent, quæ ab iis discrepant, at-
que dissident, ostendit: vera secernens à falso
certa à dubijs, dogmata fidei ab erroribus: & Lydi
instar lapidis, vniuersusque vim ac naturam explo-
rans: Quæ denique de rebus ad credendum propo-
sit is cū in Scripturā tūm apud Patres varijs locis
sunt sparsa, & obscurius aliquando tradita, in vnum
quasi corpus redigens via & ratione, atque ex disci-
plina disposita, & uno tanquam aspectu p̄curren-
da sic proponens, ut multò facilius intelligantur,
minorique labore, & breviori tempore addiscan-
tur. Sicut autem nemo, qui compos quidem sui sit, vi-
su etiam perandum impūset, aut nihil Philosophiæ opis con-
tulisse artifex Aristoëlem, quod eam ante per-
turbationem indigestam, dissipatamque ordinauerit,
summa arte tradiderit, partesque tribuerit, ad quas
omnia reuocarit: ac multis eam locis auxerit: con-
tra, omnes eum tam bene de illa esse méritum huc
usque opinari sunt: ut ipsum eius Parentem pauci
ominino sint, qui non agnoscant, & rominent. Ita

Ad Lectorem

tantum abest, ut vitio verti possit ac debeat Theologiae Scholasticæ Doctoribus, aut ut idcirco istorum contemptu conuijsque digni sint, quin potius summam apud omnes laudem mereantur, quod eandem Theologiae operam nauauerint; eoque, quo nunc est loco, & ordine collocaſint.

Et verò, si veterem illam sanctorum Patrum Theologiam summis omnes laudibus prosecuti sunt; ne moque adhuc repertus sit (si haereticos excepereis) qui eam non maximè Ecclesiæ vtilem, ne dicam necessariam existimauerit. Nemo quarectè de rebus iudicauerit, Theologiam Scholasticam inutilem & contemptu dignam existimabit. Idem enim habet obiectum, eademque principia, & rationem disserendi. Nisi quod meliori methodo, & ordine, quæ sancti Patres variis locis, prout ferebat occasio, tradarunt, in unum corpus redigit, & suis locis aptè singula disponit. Quæque ipsi fusiùs stylo fere oratořo, & ad vulgi intelligentiam accommodato, vel ad mores haereticorum quibuscum agebant, dictio-
nis magis elegantiam, quam vim veritatis sectantium, totis libris & voluminibus disputarunt; hec breui & dialectico usq; dicendi modo, una interdum vel altera ratiocinatione, concludit. Quæ denique à sanctis Patribus prætermissa fuerunt, in tractum sat-
genibus, ut quæſtionem, de qua inter ipsos & ha-
reticos suis temporibus contendebatur, omnino proſligarent, eamque ex fidei Catholice principijs
deciderent: neque ulterius disputando progredien-
tes, vel quia de alijs inter se Catholici conſen-
bant: vel quia nondum vlla inter eos & Haereticos
orta erat de illis controuersia. Haec inquam, om-
nia Theologia ita indagat, expedit, & exequit, ut
nihil fere intactum indiscutsumque relinquit. In
profundissimis quippe diſsimisque fidei venis abdi-
tum cœlestis Sapientiæ aurum prescrutatur, ut deinde foras, & in apertum effera-
t: nisi forte mauis
candem

Præfatio Apologetica.

eandem sapientissimam aquilegem dicere; quæ son-
tes occultissimos, sed uberrimos, profundissime Di-
uinitatis rimetur, ut ex his infinitos huc illuc in om-
nes partes riuulos deducat, ac peruehat. Varias
enim difficultates, quæstionesque antiquis intactas,
vel ab eis omittas, & incognitas, aut certe bæsiiter
perstrictas, nec satis explicatas excogitauit, propo-
suit, uberioris explicauit, atque ad fidei normam, vel
ad accuratam rationis amissim exactas pensitauit.
Quare si quid est, in quo à vetere & centior The-
ologia dissideas, ob id sanè, quod plus utilitatis, &
commodis suis studiosis attulit: maioriique idcirco
commendatione, & celebritate digna videri debet:
tantum abest ut conuiis excipienda sit, aut in alii
quem contemptum adducenda.

At, inquiunt Theologi huius temporis, longè ab-
sunt à grauitate non modò Patrum, sed & veterum
illorum, quos & Ecclesiæ utiles, fuisse, & in hono-
re habendos esse non diffitemur. Non enim illi,
perinde atque isti, omnia ad viuum reseabant: ne-
que se in tantas cogebant dicendi angustias, vi ni-
hil extra formam, vel formulam, nescio quam, com-
prehensionemque breuissimam dūarum, vel trium
propositionum dicendum sibi esse putarent. Gra-
uius siquidem, & ierius res tantas tractabant: ne-
que quipdam absque Scriptoræ auctoritatē, ac
nisi ex Patrum sententia, & definitione Conci-
liorum dijudicabant: formulas autem istas, pue-
rorum, acque imbecillum decipulas, aut ignora-
mant, aut tanquam inutiles, ac vexandas homi-
num ingenii, inuenias aversabantur, & respu-
erant. Quod si aquando humanam rationem in con-
silium archibedant, raro eam audiebant: tantum rabi-
est ut omnium minima, & maxima ad eius larem,
ac trutinam examinarent, cùm persicasum, & explora-
tum habereant. Si nihil eā eis leuius, errorique propin-
quius. At isti omitsis rebus cognitu necessariis, tori-

Ad Lectorem

sunt in inanibus , ac minutissimis quibusdam quæstiunculis Philosophiæ discutiendis: in his menses, & annos ipsos multi eorum conterunt : ac nisi ex coniunctione consequentum cum prioribus omnia deduxerint , parum ingeniosè , ac subtiliter se philosophatos esse arbitrantur : tanquam imbecillibus his administriculis , non autem sola nudaque veritate , velut stirpibus suis arbores , Theologia non nitatur. Atque hanc , quam Paulus doctor eximus , vtpote à rebus diuinis alienam , inanem , & hominum sapientiam vocat , cùm ipsi studiosè sectari videantur , nullis interim , aut perquam raris Sacraturum Paginarum , Patrum , Conciliorumque testimonijs sua scripta respergunt: quibus tamen absoluta , & perfecta Theologia , tanquam solis , ac firmissimis fundamentis stabilitur.

Ego verò Theologos illos , si qui sunt huiusmodi , ex albo Theologorum tollendos , contemptuque non modo omnium , sed sibilis , & conuitiis accipiendos esse censeo . profiteorque vicem & infelicitatem dolere me eorum , qui hæc nobis objiciunt , atque hoc numero nos habent , si forte tales ipsi magistros nostri sunt. Iniquius famen nihil esse contendo , quām si pœnas paucis debitas lueré cogantur univerti : ac maiē propterea facultas pia accipatur , si non sit hoc eius vitium , sed Doctorum. Pauci verò sunt de quibus id verè dicere possunt. Plerique autem (de quorum numero esse cupimus , quosque studemus imitari) rejectis inutilibus , & vanis quæstiuncibüs , res verè theologicas accuratè , & solidè tractant ; & fidei principiis , doctrinia Patrum , aliisque solidis fundamentis : inter quæ si nonnulla sunt , scilicet Philosophia , & naturalibus scientiis adscita , nouum illud non est , neque ab ynu , doctrinaque Sanctorum Patrum alienum qui prout illum

Præfatio Apologetica:

differendi ex scientiarum naturalium principijs fre-
quenter usurparunt, & disertè commendauerunt.
Et æquum est Philosophicas, & naturales discipli-
nas reginæ omnium scientiarum Theologiae ancilla-
ri. Gloriosum etiam est Philosophos Ethnicos suis
ipsorum armis vincere, fideique subiungere. Forum
autem doctrinam ad Christi fidem contra illorum
errores tuendam, confirmandamque adsciscere, quid
aliud est, quam suo ipsius gladio Goliathi caput ab-
cindere? Ut sapienter ait Hieronimus in epistola ^{Epist.}
ad Magnum oratorem. Hoc idem, inquit Augusti-
nus, nihil aliud est, quam exemplo Israëlitarum vala-
Aegypti aurea, & argentea, relictis eorum idolis, as-
portare: & partem illam thesauri veritatis erutam ex ^{Lib. 2. de}
fodinis diuinæ prouidentiæ toto orbe diffusæ, iniu-
stéque ab Infidelibus detentam, iure quodam no-
stro nobis vendicare, & in usum fidei conuerte-
re. Vel, ut ait Basilius, exemplo Mosis, & Danielis;
Aegyptiorum, & Chaldaeorum sapientiam ediscere;
non ut in eius dumtaxat cognitione acquiescamus ^{Homil.}
sed ut eam in Ecclesiæ utilitatem cultumque traduca-
mus. Hoc denique est imitari Apostolum, qui vel ^{adolescē-}
Poëtarum testimonia non repudianda esse censuit, & ^{tes, Quo-}
inscriptiōnem vel casu oblatam, in fidei argumentum ^{modo,}
arripuit, atque in eius aduersarios corsit. Neque ipū-
tilis, & importuna, vel indigna Theologo vinci debet ^{Gentilium}
earum rerum philosophicarum tractatio, quæ ^{doctrinis}
rebus fidei melius explicandis, vel accuratiū defen-
dendis ypsi esse potest. Si autem nonnulli Theolo-
gorum modus istum exceedunt, non Scholæ illud, sed ^{propiant}
homini virtus est. Neque propterea est combu-
lenda, aut extirpanda seges, si nonnunquam inter
tritici pīcas avena, & lolium adolescat: sed herbae
inutiles euolendæ, seges intacta relinquenda. Præ-
cidantur quaestiones inutiles, sed eo numero non ha-
beantur ille, qui ad discursus Theologicos eruendos,
corroborandos, aut illustrandos apte sunt.

Ad Lectorem

Audiendi verò minus sunt moderni quidam Philosophiæ, & Theologiæ Scholasticæ ignari, æque ac osores, qui utriusque ratiocinationes à diuinum rerum tractatione ablegari volunt: quique solis Scripturæ libris, Concilijs, & primorum sæculorum Patriarchis iubent nos esse contentos: in quibus tantam, inquiunt, diuinarum veritatum copiam offendemus, ut sine magna intelligentæ fatigatione, sola penè memoria satagente, totius vitæ cursus capiens omnibus vix sufficiat. Alteram enim viam, que ratione investigat dogmata fidei, plenam esse contentionis, & Charitati contrariam, periculosa super, atque in errorum præcipitia frequenter adducere. Fidei mysteria non ratione, & humanâ intelligentiâ, sed auditu, & Maiorum traditione intelligi debere. Imitandam porro esse sanctorum Patrum modestiam, qui non nisi ex principijs verbi Dei, præcipueque Sacrarum Literarum sensus suos, & fore verba promebant. Neque ad illam difficultatem tractandam progrediebantur, nisi ineuitabili necessitate pertractis: religiosèque intra terminos oppugnate ab errore veritatis, sine ulla superflua rūm, multò minus curiosarum, atque inutilium quæstionum intermixtione, consistebant: ne, si longius progrederentur, aem illis contingere, quod Originis, quia ius disputatione aggressus, omnes veterū Hæreticorum errores præformauit. Ab hac verò modestia longissimè abesse Theologos Scholasticos, qui nihil non audent, nullam quæstionem intaciām relinquunt, & in quibusq; noctis difficultibus explicandis non Scripturarum sacrarum auctoritatē, vel venerandam Patrum caniciem consultant, sed ad Philosophiæ præsidium, velut ad omniū solutioñā armanenturiū se conferant, atq; eius regnis, tanquam sacrosanctis mysterijs, mysteriorū altissimorū momenta metiuntur. Libros quoque illos Theologorum, qui de moribus speciatim, & ex profeso tractant, inutiles

Præfatio Apologetica.

esse, imo perniciosos: quippe qui suis metaphysicis abstractionibus, distinctionibus, intentionibus, nihil non licitum, & probabile faciunt, corrupteque viae uendi latissimam viam aperiunt. Hæc illi.

Quæ quām falso, imprudenterque dicantur, facile prudens, & æquus Lector intelligit. Nam velle

I. Reg. 11. v. 2. vsum ratio[n]ationis, & rationis subsidium Theologis adimere, velut contentionis causam, & Charitati Christianæ contrarium, quid aliud est, quām, in-
D. Tho. struit gratia naturam, neque fides rationem, sed
I. p. q. perficit. Et diuina reuelatio multa quidem habet
62. art 7. supra naturæ captum: sed nihil veræ rectæque rati-
ad 1. oni contrarium. Quin etiam fides ipsa à ratione
Lib. de plane seiungi nequit, ut sapienter aduertit Augu-
vera re- stinus. Neque autoritatem ratio penitus deserit, cum
lig. cap. 24. consideratur cui sit credendum: nimurum, quibus argu-
mentis prudenter moueamur, certoque inducamur
Lib. con- ad habenda pro diuinis oraculis, illa quæ nobis
tra epist. nomine credenda proponuntur. Ac tuidam qui-
fundam. dem Christianorum non intelligendi viuas, sed creden-
cap. 4. di simplicitas tutissimam facit: vt idem sanctus Doctor
affirmat. Verum ut addit alio loco. Ille Imperator fidei
Epist. 56. clementissimus Christus Dominus) & per conuentus ce-
leberrimos populorum, atque gentium, sedesque ipsas Apo-
stolorum, arce auctoratis muniuere Ecclesiam: & per pau-
ciores pie doctos, & verè spiritales viros copiosissimis appa-
ratibus, etiam munitissima rationis armavit. Qui etiam

Lib. 2. i. atque ex instituto docet non mediocri esse humanas
doct. Chriss. artes, & disciplinas adiumento ad doctrinam fidei,
cap. 6. 28. & 29. que- cuius in Scriptura traditur, recte intelligendam. Cal-
ludorius quoque, auctor antiquus, & eruditus, hæc
Canticorum verba explicans, Si murus est, edifice-
mus super eum propugnacula argentea: his afferit Deum
Ecclesiæ suæ fideles polliceri huiusmodi, qui sic ani-
mos fidei doctrinæ imbuant, ut humanarū scientiarū

Ad Lectorem

cognitione muniti, non tantum alijs deinceps eiū diendis idonei futuri sint: verū etiam eos, tanquam prius fortissimi pugnatū. Neque minū appositi Hieronymus ait rationem cum fide conciliare, & Philosophorum scientiam, reiectis eorum erroribus, ad explicandas res diuinās adhibere, nihil aliud esse, quām mysticē implere Dei præceptum, *Denton.* 21. statuentis, vt si quis captam mulierem alienigenam, formā præstantem, vellet sibi matrimonio iungere: eam rāta prius cæsarie, & circumcisio vnguisbus insuīsh, & populi Deo sacri consortium admittet.

Non sunt quidem fidei mysteria humanis rationationibus metienda: quod neque faciunt Theologi. Sed æquum est rationem Deo, fideique seruire: eiusque usum à Theologis adhiberi multis & gravibus de causis. Primò quidem, vt iam dicere cœperam, ad credendum prudenter, & cum recta ratione,

Ecclesiastici 19. *Eccl. 19.* *Qui citō crederis, tunc est ērde.* Et probandi sunt spiritus, si ex Deo sint:

I. Ioann. *& obsequium, quod Deo exhibemus, siue in cre-*

4. v. 1. *dendo, siue in alio eius cultu, debet esse rationabile,*

Roman. *ut monēt Apostolus. Tū deinde ad verū sensum diuinarum revelationum rectè intelligendum. Nam cùm,*

Eccl. 19. *exempli gratia, reuelat Deus per Scripturas se spiri-*

tum esse, Verbum carnem esse factum, & veram,

perfectamque naturā humanā assumpsisse; ho-

mines esse liberos in exercendis bonis, vel malis

operibus, & alia id genus: ad hanc secte intelligen-

dam iuxta sensum reuelationis, necessarium est nosse

quid sit propriè esse spiritum, quantum & essen-

tiam, integratam, & perfectionem naturae humanae

pertineant? quę sit ratio, seu natura libertatis? Qua-

rūm refutum, & similiūm cognitio humana ratione,

& disciplina comparatur. Cū enim Deus loqua-

tur more hominib[us] accommodat, verbisque v-

eratatur iuxta sensum ab illis iam ante institutum, &

Præfatio Apologetica.

lib. 3.
de doctr.
Christ. c.
10.

Mu receptum : sintque eius verba in sensu proprio,
quoad fieri potest, accipienda , iuxta regulam tradi-
tam à D. Augustino , receptamque ab omnibus Ca-
tholicis velut pernecessariam , quippe sine qua nō
hil ex Scripturæ verbis certò colligi potest. Cùm, in-
quam, hæc ita sint, necessarium est a verum sensum
reuelationis intelligendum , nosse quid propriè vo-
ces illæ significant inter homines , quisue sit earum
sensus apud rerum peritos , & quæ ratio rerum per
eas significatarum. Ad hæc plurimum interest no-
sse Theologos quid cum Diuinis reuelationibus aptè
cohæreat ; aut ex illis sequatur : vel è contrario, quid
ab illis discrepet , aut per remotam liet consecu-
tionem repugnet : quod sine ratiocinatione , & dis-
cursu fieri nequit. Neque minus conueniens est ,
quod D. Thomæ Scholæ Theologicæ Duci, solenne
fuit, rationes efficaces, aut congruas adhibere, quo-
ad fieri potest : tum ut apertum fiat quata sit inter fa-
dē, rectaque rationem consensio: tum etiam ut manua-
tur difficultas credendi , animique Infidelium ad-
dem allicantur: quorum etiam errores non possunt
efficaciter refelli , atque conuinci , sine discursu &
argumentis ex naturali etiam ratione petitis: ad que
meliùs formanda, fortiusque intorquenda, opus est
naturalium scientiarum usu, atque veritia. Quantum
verò conierat recta prudensque ratiocinatio ad
Mysteriorum fidei difficiliorum explicationem in-
telligentiamque nemo nescit , qui vel mediocriter
in Theologorum lectione versatus sit. An igitur
post hæc ratiocinandi usum à Theologia eliminan-
duni possem? Crederem, nisi plus apud me posset
ratio manifesta quam paucorum nouitatis studio-
rum, & quietis impatientium priuata opinio , ne
dicam imprudens , peruersumque iudicium.

Velle autem ut quæstiones de rebus fidei, non ni-
si cogente angustibili necessitate , propter insur-
gentes Hæreticorum exgres , & ad retundendos

Ad Lectorem

solūm eorum impetus , insultusque , tractentur , perinde est , ac prohibere ne ciuitates se muris , vallis , fossis , turribus , propugnaculis , & armorum præsidijs communiant , nisi cùm hostis inuasit , & non sine aliquodrum cæde irruptio iam facta est . Vel ne homines de rebus ad victum necessarijs sibi prospiciant , nisi cùm eos arcta iā fames vrget . Cum è contrario velit Petrus Apostolus nos semper esse paratos ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est spe , ac eoque etiam fide , quam spei substantiam . Id est , basim , & fundamentum vocat alter Apostolus : & laudetur non mediocriter fortis illius iuxta , sapientis , & prouidæ mulieris , typum Ecclesiaz gerentis , industria , quæ ut Scriptura loquitur , Facta est quasi nauis institoris de longè portans , 31.y. 14. longèque ante prouidens , panem suum .

Velle quoque non antea benè comparatum , & scientiâ rerum Theologicarum apprimè instructum in certamen venire contra cuiusvis generis Infideles , perinde est , atque eorum temeritatem , & imprudentiam imitari , qui descensuri in arenam , nec vsum habent armorum , neque leges , & rationem certandi tenent : Sed quod fert impetus , vel audacia , eò ruunt inconsulti certas breui leuitatis suæ pœnas daturi . Vnde fir , yt nemo iam reperiatur nisi forte idem audacia præcessus , qui , si cum Catholicae religionis impugnatoribus conserere manus velit , non prius se intima Theologiaz cognitione muniendum existimet . Nemo etiam de officijs iustiziaz Christianaz , seu de quæstionibus Conscientiaz interrogatus , absque villa hæsitatione ac periculo respondeat in rebus difficilioribus , magisque periculis , sola Scripturaz , Patrum , & Conciliorum lectione instrutus . Et quidem nisi illos adierit , qui eorum scientia separatis totisque voluminibus via , & ratione tradiderunt : non est dubium quin multorum animi tranquillitatem perturbaturus sit , ac salutem

Præfatio Apologetica.

etiam ipsam in graue discrimen adducturus. At Concionatores quoties & quam grauiter verbo laberentur in obscurioribus mysterijs, & quæstionib[us] fidei explicandis ad plebem, si genus hoc Theologia singula enucleatè explicantis, & ad viuum resecan-
tis in promptu non habuerint? Cardinalis quicq[ue] Per-
ronius, vir omnium literarum, atque, si quisquam no-
stra vel superiori ætate fuit, in lectione, notitiaque
Patrum & Conciliorum optimè versatus, compara-
re solebat huiusmodi homines cum primis illis rei
nauticæ inuentoribus: qui, si, cùm nullus adhuc Mag-
netici lapidis esset usus, & loca, ac maria ignorarent,
longius à terra recederent, prouecti que in altum
ventis sese, ac mari committerent: nemo dubitabat,
quoniam Breuibus statim, & Syrtibus impæcti naufragio
forent certissimo perituri. Idemque euenire illis,
qui audaci temeritate de rebus Theologicis, sine ac-
curata carum cognitione ex Scholæ disciplina, scri-
bere aggredijuntur, testatur illi ipsi, contra quos mo-
dò disputamus, in tam foedos errores prelapsi, &
Ecclesia iam satis aperte damnatos, quos etiam nunc
apud incautos, & imperitos, magno Ecclesiæ dam-
no, & scandalo proseminant.

Incultior præterea, & neglectior quibusdam vide-
tur Theologum stylus, duriora verba, atque ex vi-
tima pene Barbaria, ut aiunt, perita. Qibus ve-
reor, ne ipsa quoque displiceat Sacrarum Literarum
simplicitas, & incultus dicendi modus. Censeo ego
quidem barbariam in rebus Theologicis explicandis
vitaciam esse: sed non studiosè querendam dictio-
nis elegit, tamen. Nullis enim veritas coloribus in-
diget, seculum ferre potest orationis, & sermonis
ambitum succincta illa breuitas, quam necesse est
Theologia Scriptores, Magistrosque consecari:
ne verborum etiam copiâ laborent, cùm rerum iam
multitudine quibusdam importuni videantur: ne-
ue res perse obicuræ, affectatâ nescio quâ verborum

Ad Lectorem

elegantiā, & compositione, fiant obscuriores. Facili proinde sermone ac sibi proprio, breuiore stylo, ac multā paucis explicanti, verbis autem in communi usu, atque in medio positis, proprijsque, & puris Theologo vtendum est. Quamquam Paulus se profiteret imperitum sermone, sed non scientia: & sub vili radice pallio eruditus saepe latet Philosophus, ut scabri, & prærupti varijs præcipitiis montes, locupletissimas interdum auri venas occultant. Nec minus, sano saltem palato, exquisitissimus quisque cibus sapere solet, quando fictilibus, aet faginis lancibus infertur in mensam, quam si preciosiss, & auro, argentoque intentibus ferculis fuerit illatus. Sic profectò longè satius est scientiam rerum Diuinarum incultis verbis, tanquam agresti, & neglecto ornatu eximiae formæ principem exhibere, quam terfa, & fucata pigmentis oratione, inanes quasdam fabulas, & hominum commenta vñditare. Quod tamen te velim in eam partem, erudite Lector accipere, ut propterea credas respuere Theologiam illum tulum, qui sibi posset a liberalium disciplinarum cognitione accedere: neque, si eo caruerit, sibi minus gratam videli, minus aliis placere debere. Sed ut de Philosopho sapienter dixit elegantiæ princeps M.

Lib. de finib. bonorum, & malorum.
Tullius, In Theologo, si affert eloquentiam non asperger: si non habeat, non admodum flagitem.

Inficiari tamen nostrum istum non adeò requirendum, ac tolerandum in Theologia nitrem neglexisse aliquos, ignorasse verò non nullos, qui magis quid dicerent, quam quomodo id dicerent, considerabant. In quo, seu consilio, seu casu, atque iniuria ab his peccatum est, non est, quod quoniam Theologiæ attribuat, tanquam peregrinatam, ac barbarianam huiusmodi ipsa inuexerit, aliisque non aut possit verbis explicari. Vtiasuntisthæc omnia, vt à me ante de aliis responsum sit, hominum, & ætatis: sed hoc præterea Nationum, quarundam, & locorum.

Præfatio Apologetica.

Quod verò attinet ad duriora quædam vocabula, & loquendi formulas à Scholasticis nostris usurpatas, nescio an aliquando in mentem venerit accusatoribus Theologiæ non iniquiore conditione, ac loco quam esse debere, quam reliquas disciplinas. Utuntur enim singulæ illarum verbis suls, usque priuatis, nec ita nuper inuentis aliquæ; & hoc sibi licere putant: ac si quædam ex his haud ita pura sunt, minùsque latina; ea illæ vsu iam molliuerunt. Nam idcirco quis Iurisprudentiam, quis Medicinam, quis Mathematicam aspernatus est, si aliqui eorum, qui de illis scripserunt, aut certa quædam vocabula singularum propria, nec aliis artibus visitatae, in usum induxerunt: aut alia usurparunt, cum propria defensent rebus nouis appellandis; quæ quanquam ad scientiam essent, translata, & barbara, magis tamen significantia viderentur? Quod quidem illis minus condonandum est, quod sciamus eas ad antiquis fuisse perceptas, & cognitas, ab iisdemque sermone suo, ac lingua explicatas. At Theologiæ causa ignorata sit priscis illis temporibus in quibus vixisse dicitur Latini sermonis elegancia; continet que multa, quibus significandis necessariò cūdenda fuere noua vocabula, cum nulla huiusmodi in omni latinitate reperiuntur, quanto facilius impertienda est venia, & his paulò seueroribus exacti pris latinitatis legibus absoluenda? Sed ego longius quam volebam, progressum me esse sentio in defensione Theologiæ tametsi hoc tempore necessaria. Hactenus ergo de illis vtiuitate, & dignitate contra obiectatores dictum sit. Nufus ad questiones Theologicas quo supra dixi, modo tractandas accedamus.